

**A** statutos occurrere non queunt. Quis imperator piscibus præceptum dedit? Quis doctor hæc tribuit disciplinam? Qui metatores itinera disponit? Qui duces iter dirigis, ut nullius desit occurfus? Sed agnosco quis ille sit imperator, qui ordinatione diuina sensus vnuerforum suum infundat imperium, qui tacitis mutis animantibus naturalis disciplinæ ordinem tribuat: nec solùm magna penetret, sed etiã per minima quæ se fundat. Diuinæ legi piscis obsequitur, & homines contradicunt. Piscis solemniter obaudit mandata cælestia. An contemptibilis tibi videtur, quia mutus est, rationisq; expertus? Sed vide ne tu tibi magis incipias esse cõtempui, si irrationabili irrationabilior deprehēdaris. Quid autem rationabilius hoc pisci transiit, cuius ratione quidem verbis nõ explicat, sed factis loquitur? Pergunt enim ætatis tempore ad fretum Ponti, eo quod reliquo maris sinu hic sinus dulcor sit. Nõ enim tandiu Sol eo festo, quandiu cæteris immoratur: eaq; fit causa vt non omnem aquam exhauriat quæ dulcis atq; potabilis est. Quis autem ignorat quod etiã ea quæ maritima sunt, aquis plerumq; dulcibus delectentur? Deniq; dũ flumina sequuntur, & ad superiora ascendunt, frequenter alieni pisces generis capiuntur in fluminis. Cum hæc igitur causa Pontum illis faciat gratiorem, vel quod æstus temperet solennis illic flatus Aquilonis, tum opportuniorẽ cæteris indicant in quo generare, & partus possint proprios nutrire: quod teneri foetus labore alienę regionis ferre vix possint, quos illic fouet aeris blanda clemētia. Itaq; peracto munere, omnes simul eo quo venerat agmine reuertuntur. Quenam ista sit ratio, cõsideremus. Obiectus est Ponti sinus Boreæ, ceterorumq; ventorum violentissimis flatibus: vnde grauis illic procella furit, & tempestates mouētur, ita vt de profundo arena verratur, cuius rei fluctus arenosus indicio est, qui ventori motu insurgens altius, tum pondere grauior, haud dubie non solum nauigantibus, sed etiam maritimis ipsos animantibus intolerabilis habetur. Accedit illud, quod complurima & maxima Ponto flumina miscantur, cū hyemno tempore sinus ipse frigidior retoriētum rigescat allapsu. Propterea pisces tanq; arbitri fluentorum, æstate illic aspirantis aure dementiã captare confueuerunt, cuius amœnitatem perfruiti, rursus hyemis aspera declinare contendunt, & Septentrio-nalis plage sæua fugiētes, in reliquos se sinus cõserunt, in quibus aut ventorum mollior sit placiditas, aut Solis soleat vernare temperes. Nouit igitur piscis parienti tempus, quod pro magno mysterio dixit Salomõ in Sapiētia. Nouit tempus eundi atq; redeundi, nouit tempus perfusionis & iactationis, & nouit vt non queat falli: quia nõ rationis æstimatione, & disputationis argumento vitur, sed inspiratione naturæ, quæ vera est magistra pietatis. Deniq; omnes animatæ præscripta habent parienti tempora, homo solus indiscreta atque confusa. Reliqua genera dementiam tēporis querunt, mulieres solę partus suos indementer effundunt. Vagæ enim & intemperans libido generandi, vagam parienti etate exhibet. Pisces tanta maria transmittunt, vt utilitatem aliquam generi suo querant. Nos quoq; diffusa æquora transiretamus. Sed quanto honestius quod successione amore, q̄ qd pecuniæ auiditate suscipitur? Deniq; illis ad pietatem, nobis ad questum transmissio deputatur. Illi sobolē præferunt omnibus mercibus chariorem, nos merceloge imparē ad periculi vicem misera lucri cupidine reportamus. Itaq; illi patriã repetunt, nos derelinquimus. Illis natando incrementũ generis acquirunt, nobis minuitur nauigãdo. Quis igitur neget diuinitus illis infusum ingenium esse huiusmodi atq; virtutem? cum videatis in Aquilonẽ tam solemnem obeundæ sæcũditatis peregrinationem viuaci ingenio componere, alios in exiguo corpore tantum validitatis assumere, vt maximas nauium plenis

currentes velis, in medijs fluctibus sistant: sicut breuis piscicul? Echeneis tãta facilitate memoratur nauẽ ingētem statuere, vt quasi radicatã mari hætere videas, nec moueri. Aliquandiu enim immobilem ferat. An & huic putas sine creatoris munere tantũ potuisse superare virtutis? Quid gladios loquar, aut ferras, aut canes maritimos, aut balenas, aut zygenas? Quid etiã turturis centri, & hoc mortuæ? Sicut enim viperæ os si quis calcauerit, recens duntaxat, gratius q̄ venentũ nocere perhibetur, & immedicabile vulnus serpere, ita etiã turtur aculeo suo mortua amplius q̄ viuæ periculi afferre memoratur. Lepusculus quoq; timidũ animal in terris, in mari formidabile, citã, et quæ non facile possit auferri, corruptelã inuehit. Voluit enim te creator nec in mari satis ab insidiantibus esse securũ, vt propter pauca quæ noceant, quasi in excubiis positus, arma fidei semper & scutum deuotionis accinctus, a domino tuo deas salutis sperare præsidium.

De singulari Atlantici maris commedatione ex iis quæ in ipso nascuntur aut fiunt, cum cõlusionẽ fermonis de piscibus.

Caput XL

**V**ENIAMVS ad Atlantici mare. Quæ in-  
gētia illic & infinitæ magnitudinis cetæ, quæ  
siquãdo supernatant fluctibus, annatae in-  
sulas putes, mōtes altissimos summis ad cæ-  
lum verticib? eminere. Quæ non in aëta, nec in littori-  
bus, sed in Atlantici maris profundo feruntur videri, vt  
eorum conspectu nauæ a nauigandi in illis locis præ-  
sumptione reuocentur, nec secreta elementorũ adire sus-  
prenẽ terrore mortis vsurpent. Sed iam asturgamus  
ipsi de profundo maris, & aliquantulum sermo noster  
emergat, atq; ad superiora se subrigat. spectem? ea quæ  
vfitata multis, & plena sint gratiæ, quomodo aqua in  
salis vertatur soliditatem, vt ferro sæpe cædatur, quod  
de Britannicis salibus nihil mirum, qui in speciei mar-  
moris validi, eiusdem metalli niueo candore resplen-  
dēt, salubres corporis cibo, & potu nimis grati. Quo-  
modo etiã non indecorus lapis corallium in mari hære-  
ba sit: si in aerem transferatur, lapidis firmitate solides-  
tur. Vnde etiam ostreis preciosissimam margaritam  
natura infixit, quomodo eam maris aqua in tã mollĩ  
carne solidauerit. Quæ difficile apud reges inueniuntur,  
ea in littoribus quasi vilia facent vulgo, & in faxis  
asperis & cautibus colliguntur. Aureum etiam vellus  
aqua nutrit, & lanam in memorati speciem metalli gi-  
gnunt littora, cuius colorem nullus adhuc eorũ qui fur-  
cis diuersis obducunt vellera, imitari potuit: adeo natu-  
re maritimæ gratiã humana implere nescit industria.  
Scimus qua solitudine vellera ouium etiam minus  
preciosa curentur: sint licet optima, nequaquam tamen  
his fucus innaescit. Hic naturalis color est, quem nul-  
lus adhuc fucus æquauit. hoc quoque piscis est vellus.  
Sed & ipsi murices qui insigne dant regium, sunt mar-  
ritimi. Et quæ pratorum gratiã, vel ortorum amœ-  
nitas potest cerulei maris æquiparare piscuram, Au-  
rum licet in pratis flores resurgant, auri quoq; fulgo-  
rẽ in mari lana resplendet: & illi cito marcescit, ista diu  
duratura seruat. Lilia in ortis eminus nitent, vela in  
nauibus. Hic odor, illic ventus aspirat. Quæ utilitas in  
folio? In nauibus quanta commercia? Lilia suauitate  
narium, vela hominũ salutem inuehant. Adde pisces  
salientes, & delphinas ludentes. Adde rauco sonantes  
fluctus murmure. Adde currentes naues ad littora,  
vel de littoribus exeuntes. Cum e carceribus mittuntur  
quadrigæ, quanto studio pestantium & amore certantur?  
Equus tamẽ inuanũ currit, nõ in uanum nauigia.  
Ille inuanũ, quia vacu? ista ad utilitatẽ, quia plena firmi-  
menti. Quid iis gratius, quæ non verberè aguntur, sed  
ventorũ spiramine: vbi nemo refragat, sed omnes fau-  
G iii